

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Timor m  
cum fonte primo

Noueris te ut Deum timeas;  
noueris ipsum ut et ipsum diligas.  
In uno iniciaris ad sapienciam, in  
altero consummaris quia  
iniciium salutis timor  
Domini et plenitudo legis est  
caritas.

Noueris proinde te, ut Deum timeas;  
noueris ipsum, ut aeque ipsum diligas.  
In altero iniciaris ad sapientiam, in  
altero et consummaris, quia  
INITIUM SAPIENTIAE TIMOR  
DOMINI EST, ET PLENITUDO LEGIS EST  
CARITAS (Rom. 13:10).

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones  
super Cantica canticorum*, 37, 1 (SBO 2,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais  
eds., p.9, ll.17-19).

Quemadmodum ex noticia tui uenit in te  
timor Dei atque ex Dei noticia Dei  
itidem amor, sic econtrario de  
ignorancia tui superbia ac de Dei  
ignorancia uenit desperacio.

Et  
quemadmodum ex notitia tui uenit in te  
timor Dei, atque ex Dei notitia Dei  
itidem amor, sic e contrario de  
ignorantia tui superbia, ac de Dei  
ignorantia desperatio uenit.

Bernardus super Cantica sermone  
XXXVII.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones  
super Cantica canticorum*, 37, 6 (SBO 2,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais  
eds., p.12, ll.12-14).